

esse Ministri. Sed hæc infantia iam soluta fuit d. de sacramentis in genere q. 3. art. 1. a. 103.

ARTICULUS TERTIUS.

An possit inter absentes matrimonium contrahi.

66 Q Uoniam in precedenti articulo dictum est, contrahentes non tantum esse Ministros huius sacramenti, quando per se ipsos immediate contractum efficiunt matrimonium, sed etiam quando per procuratores, vel per litteras, aut nuncios, non videndum est, an valide etiam celebrari possint inter absentes his tribus modis, non tantum sub ratione contractus, sed etiam sacramenti, & quamvis convenient Doctores, contractum matrimonium antiquitus celebrari potuisse valide in absentia per procuratores, ut constat ex e. finali de Procuratoribus in 6. ad huc tamen opinati sunt aliqui post Concil. Trid. valide fieri non posse inter absentes per procuratores huiusmodi contractum, ubi eius decretum de Matrimonio publicatum, & receptum est, quia nimirum Concilium ad valorem matrimonii etiam sub ratione contractus requirit, ut omnino eorum Parocho, & testibus celebrari, quod quidem per eosdem contrahentes immediate fieri debet, & non potest fieri per procuratorem, vel per epistolam, nam Concilium hanc regulam traxit, Parochus vivo, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu in telleto dicit, ego vos in matrimonium coniungo, ubi plane supponit, ambo contrahentes debere per se in maiestate, & presentiter adhibere, & exprimeret consensum suum non autem mediante procuratore, vel inter nuncio, aut per epistolam, ita sentit uterque Ledeima, Bartholomeus quidem dub. 8. Petrus vero q. 44. de matr. ar. 3. d. u. l. r. loquens præsertim de contractu per epistolam, quod tanto magis affirmat de matrimonio sub ratione sacramenti considerato.

Alii vero licet gratis concedant, posse valide, & licite, etiam stare decreto Conc. Trid. contrahi matrimonium per procuratorem, vel inter nuncio, aut litteras, sicut antè Concilium fiebat, quia supra id, quod antè ipsum sufficiebat tantum præsentiam Parochi requisivit, & aliorum testium; adhuc tamen negant, talem contractum baptizatum in absentia factum, quamvis validum, habere rationem sacramenti, & esse gratie collativum, pro qua sententia citantur Caietanus, Canus, Victoria, uterque Ledeima, & alii, & ita etiam sentit ex nostris Baffold. 27. q. 1. ubi ait, quod eiusdem quantum ad rationem sacramenti est consentire, & consensum per verbum exprimeret, quoad patet, inquit, ex ipsi verbis, quæ communiter in matrimoniis assumuntur, accipio te in meam, accipio te in meam, quod non possunt se absolute profecti ab aliquo alio, Quod etiam alii confirmant ex paritate sacramenti poenitentiae, quæ requirit præsentiam ad absolvendum, quia in eius forma dicitur, ego te absolvo, & similiter baptismus, & alia sacramenta ob eandem rationem, sed etiam in matrimonio dicitur, ego te accipio in coniugem, ergo etiam in ipso præsentiam contrahentium requiritur. Accedit, quod esse hoc sacramenti est actus personalis, ut in aliis sacramentis patet, omnia enim alia præsentiam Ministri, & suscipientis postulant, itaut in absentia nec recipi, nec ministrari possint, ergo idem dicendum in Sacramento matrimonii.

68 Dicendum tamen esse, valide celebrari matrimonium inter absentes per procuratorem, epistolam, vel nuncium, & in ratione contractus, & in ratione sacramenti. Hæc est communis in omnia schola, & de mente Doct. d. 26. sub lit. M. ubi docet, matrimonium posse celebrari per alium nomine contrahentium, & loquitur de matrimonio tam sub ratione contractus, quam sacramenti, & d. 27. q. 2. ad 2. ubi dicit, quod contractum matrimonium sufficit, patentes contrahere per litteras, si quidem in aliis contractibus emptionis, & venditionis firmior contractus habetur in litteris, quàm in verbis nudis, & in tali contractu solvitur quoque gratia sacramenti, se remittit ad ea, quæ dixerat d. 26. com. 4. & quidem quod sit validum, matrimonium inter absentes celebratum sub ratione contractus, satis constat ex Cap. ult. de Proc. in 6. c. Honor. art. 32. q. 2. esse dispositio etiam post Trid. locum haberi potest, si quidem Concil. circa hoc nihil innovavit, fed tantum aliquid addidit, id est, patres ad tollendos abusus, & fraudes, nec ab eo hic modus contrahendi inter absentes revocatus est, quoniam Concil. in suo Decreto dicit, Eccl. semper directam fuisse, ac prohibuisse matrimonium clandestinum, ita, tametsi ea non irritaverit, & Conc. ea ibi irritavit, quæ scilicet, absque Parocho, & testibus contrahenda rat. Eccl. namquam prohibuit, sed potius ultro concessit modum contrahendi per Procuratorem, nec Concilium ibi irritavit, aut irritare intendit hunc modum, quia ad hoc optime servari potest forma Concil. præscripta, quamvis per Procuratores contrahatur celebrandi matrimonium eorum Parocho, & testibus, & ita quidem praxis Eccl. observat, ut etiam per Procuratores in absentia nubentium matrimonium celebratur, quare modus ille interrogandi contrahentes, & dicendi illa verba, ego vos in matrimonium coniungo, ponitur à Concil. tanquam ordinarius, & consuetus, nam in rigore loquendo sufficit, si proferatur, & exprimat consensum absque ulla interrogatione, nec

ulla verba Parochi sunt de essentia huius contractus, Præterquam, quod quando intervenit Procurator, potest à Parocho interrogari de consensu pro suo principali, & de facto ita prædicatur, quando contractus fit per procuratorem, quod Procurator eorum Parocho, & testibus dicit, talis accipit te in uxorem, aut ego nomine talis verbis gratia Petri accipio te in illius uxorem, aut alio simili modo, quo aptè exprimat debitus consensum sui principalis. 69 Et eodem modo potest etiam contractus matrimonii per epistolam valide celebrari, ut patet ex L. mulierem ff. de ritu nuptiarum, quia per Epistolam potest quis proprium consensum eorum Parocho, & aliis testibus exprimeret, & ex tunc per eandem alterius consensum, si verè consentiat, eorum eisdem acceptat, quod sufficienter fiat his verbis scriptis, vel æquivalentibus, accipio te in coniugem, celebratur enim contractus per litteras eisdem verbis scriptis, quibus voce prolatis in præsentia celebrari solet. Tandem etiam valide celebrari potest per inter nuncio, qui referat, & exprimat, ut nudius est, nomine mittens consensum ipsius dicit, Petrus v. g. mittit me, ut suo nomine nuntium tibi, ipsum se velle in uxorem; Et in his casibus quando nimirum contractus matrimonii per epistolam, vel nuncium celebratur, ille cui mittitur epistola, aut nuncius exprimens sensum ipsius mittentis, etiam debet suum consensum, & acceptationem traditionis sibi facere, à mittente exprimeret ipsi mittenti, vel per alteram epistolam, vel per nuncium, quia illi faciendum est expressio talis, sive in sua persona per epistolam, sive alteri ad id commissum habenti, ut nuncius habere solet; Hoc autem interest, quod celebratur matrimonium mediante nuncio, vel procuratore, quod nuncius non consentit pro suo principali, à quo mittitur, sed tantum illius consensum exprimit; at procurator non tantum debet illius consensum exprimeret, sed etiam actum consensum pro principali aliere, quia principalis integrum contractum illi committit, scilicet, & quoad consensum eligendum, & quoad expressionem, eius ubi simpliciter nuncio hoc secundum tantum committitur.

70 Ut autem contractus matrimonii per Procuratorem valide celebratur, tria in dicto Cap. Finali de Procuratoribus in 6. requiruntur, seu tres conditiones. Prima est, quod Procurator ad id speciale mandatum commisionem, nempe ad contrahendum cum tali, unde non sufficit mandatum generale ad contrahendum matrimonium, nemo enim censetur cum aliqua contrahere velle, nisi prius aliquo modo noverit, & expresse in eam consensit; Secunda est, quod Procurator per seipsum hoc faciat, nec possit ad illud negotium subditurere alium, licet alio modo hoc fieri in aliis negotiis minoris ponderis. Tertia tandem conditio est, ut huiusmodi commissio non revocetur ante contractum matrimonium, etiam si aliter coniugium talem commisionem revocasset, matrimonium non subsisteret. Nec est necesse ad invalidandum matrimonium ex hoc capite, quod revocatio mandati innotescat Procuratori, vel parti, unde si revocata sit commissio, quavis solum inter eos, etiam si Procurator revocationem ignoret, nihil fit, quia si revocata est, quavis solum inter eos, procurator nequit amplius consentire nomine principalis, qui commissioem revocavit. Et quamvis alii contractus valide fiant per Procuratores, etiam post revocationem mandati, quando revocatio nec Procuratori, nec parti innotuit, sed tamen est in matrimonio, & ratio est, quia in aliis contractibus solum potest consensus partis supplere, non tamen in matrimonio, si deficiat unius partis consensus, nullo subditurere potest, & in foro consentiente sufficeret sola revocatio mentalis, & interna, hæc enim sola impedit, nec Procurator valide consensum præstare possit nomine principalis, quia supponitur commissioem revocasse ante contractum matrimonium. Unde etiam si revocatio sit merè externa, non valet contractus matrimonii in foro conscientie, quamvis in foro externo requiratur probatio revocationis per testes, quocumque eam modo deficiat consensus, annullatur contractus, potè omnino essentialis, & necessarius ad eius validitatem, & subsistentiam.

71 Quòd verò matrimonium inter absentes predicto modo contractum sit etiam validum in ratione sacramenti proprie dicti, probatur, quia in matrimonio sic celebrato concurrunt omnia ad subsistentiam sacramenti servanda necessaria, scilicet, materia, forma, & intentio contrahentium, datur enim materia, nempe contrahentium corpora; datur legitima forma, utriusque nempe consensus sufficienter expressus per verba, vel signa mandatis, quatenus per Procuratorem innotescunt, vel per epistolam, aut inter nuncio, intentionem etiam contrahentium ad esse supponimus; ergo nihil deest ad subsistentiam sacramenti necessarium. Confirmatur, nam quocumque in matrimonio salvatur ratio veri, & legitimi contractus, salvatur etiam ratio sacram. quia ut sæpe dictum est, Christus in nullo profus naturam matrimonii immutavit, sed illam ad rationem Sac. exivit; atqui in matrimonio contractus inter absentes fideles, ac baptizatos salvatur ratio contractus naturalis, & civilis, ad hoc exigitur, quod contrahentes per verba, vel signa æquivalentia consensum inter se, mutuum expriment, quod sufficienter fieri potest per litteras, aut nunciam, vel procuratorem in absentia; & præterea servari etiam possunt omnes conditiones postea à Trid. statuta, & præscriptæ, attendendo nimirum predictis consensum eorum parochi, & duobus testibus, interveniente etiam ipso pro-

curatore, vel nuncio; ergo nihil omnino deest, quin sit verum sacram. Tandem ante Conc. Trid. matrimonium per procuratores celebratum erat verum sacram. nam Flor. absolute, & absq; ulla restrictione omne matrimonium inter fideles, & baptizatos contractum in lege gratie esse unum ex septem Ecclesie sacramentis, definit, & ergo nunc etiam sic contractum verum habet rationem sacramenti, consequenter patet, quia Trid. nihil immutavit in matrimonio, nisi ut celebratur eorum Parocho, & duobus testibus ad tollendas fraudes, & abusus, ac proinde si servetur prædicta conditio, quæ etiam in absentia contrahentium servari potest modo iam explicato, veram rationem sacram. habebit; Et planè si matrimonium inter absentes celebratum non esset verum sacramentum, utique vetitum fuisset à Trid. inter fideles, cum dedecet fideles vinculo matrimonii conjungi sine sacramento; vel saltem præcepisset illis, qui eo modo contraherent, ut postea præsentem iterum contraherent, ut eorum contractus fieret sacramentum, quod tamen preceptum nullibi extat, & praxis Ecclesie illi in contrarium.

72 Nec fundamentum opponit sententia, ut ex paritate aliorum sacramentorum desumatur, quia hoc est speciale in sacra. matrimonii, eo quod fundatur in contractu, ejusque naturam subsequatur, contractus autem ex sua natura præsentiam contrahentium necessario non postulat, sed etiam potest inter absentes perfici; Et in aliis sacramentis illa determinata verba cum illis pronominibus ex institutione Christi fundata de necessitate sacramenti, & ad eorum veritatem requirunt præsentiam ministrantis, & suscipientis; illa verba: Ego accipio te in coniugem non sunt determinate requisita, quia per quæcumque verba, vel etiam signa consensum traditionis domini inquiruntur exprimita potest matrimonium perfici; huiusmodi autem consensus, & traditio, & etiam consensus mutui expressio possunt esse inter absentes per Procuratorem, vel epistolam.

Dices, etiam iudicium, & sententia fieri potest in absentia iudicis à reo, maxime si sit sententia gratie, & absolutoria, & tamen si sententia copulari debeat cum ratione sacramenti, non potest fieri in distant, ergo licet contractus matrimonii fieri possit inter distantes, cum tamen copulandus est sacramento, non poterit sic fieri. Deinde quia fieri potest, quod Procurator habeat intentionem contrahendi pro principali, atque ita nunquam de sacra. constaret, Tandem quia alius dormiens possit gratiam recipere, si ipso dormiente, & existente in gratia, fieret matrimonium à suo Procuratore, ita etiam dormiens possit peccare, si ipso dormiente, & existente in peccato mortali, fieret à suo Procuratore.

73 Respondeo, ea ratione aliquando in Ecclesia permixta fuisse confessionem per litteras; verum postea melius perpensa veritate, factum, ut etiam Brancatus nosse notavit disp. 13. a. 2. in fine, sacramentum poenitentiae confessionem exigat, non quomodo ocumque, & historice, sed ut partem poenitentiae, quæ annexa habere debet attritionem, vel contritionem, & quandam erubescentiam, de peccati turpitudine, quæ est motuum partialis attritionis, hæc autem non habet confessio per litteras, quia ut habet adagium, littera non erubescit, id est, permitti non debuit, ut per litteras fieret confessio, & in absentia daretur absolutio, quia nec Sacerdos certus esse potest de poenitentis contritione, quæ ex modo loquendi poenitentia facile deprehendi potest; hæc autem in sacra. matrimonii non occurrunt, cum solum in consensum externum exigat, qui per epistolam, nuncium, vel procuratorem parti innotescere potest.

Ad secundum neganda est consequentia, quia ut constat ex dictis art. præc. 62. in eo casu non procurator, sed principalis mittens est minister sacramenti; procurator verò exprimit tantum consensum sui principalis, unde non potest dici Minister, nisi instrumentalis, quia se habet, ut certa referret alterius verba, & voluntatem, quibus expressis, & audito consensu alterius conjugis jam perfectus est contractus, & ita etiam responderet Brancatus art. 13. Magis tamen urgetur argumentum, si dicatur cum Averla q. 3. sed. 5. & aliis, Ministerium quoque huius sacram. esse posse procuratorem, & Ministerium ejus esse quoque substantia sacram. itaut tota substantia constitutur, tum ex eo actu, quo contrahens constituit procuratorem, tum ex Ministerio procuratoris, quod etiam videtur inferri, licet sub dubio Scotus disp. 26. lit. M. ubi ait, quòd quando parentes contrahunt pro filijs, vel filiabus presentibus, & non exprimentibus signa propria, si ibi est sacramentum, oportet dicere, quòd Minister huius sacramenti potest esse indifferens, quicumque potest esse Minister in contractu matrimonii; Sed quando etiam hoc admittitur, adhuc neganda est consequentia, id enim in aliis quoque sacramentis accidere potest, cum possit minister contrarium habere intentionem, & tamen si materiam, & formam applicaret, in foro Ecclesie haberetur pro sacramento, quia Minister intentio sibi occulta foret, nec tamen ob id dicimus, non constare de sacramentis in Ecclesia.

Ad ultimum dicendum est, non esse inconveniens illud dormientium recipere sacramentum, & gratiam, quia id etiam accidere potest in aliis sacramentis recipiendis, ut patet de baptismo, & poenitentia in jis, qui antea petierunt, & postea obmuerunt, & tamen

Meld. in Quart. Sentent.

eis, danda sunt hæc fact. ex 26. q. 6. c. qui recedant ab his qui c. c. Arg. gimus obligatur tamen sub mortali, ut sit in statu gratie: eo tempore, quo prudenter iudicatur, celebrandum esse contractum, & peccat mortaliter, si non sit in gratia; Nec est inconveniens, dormientem peccare mortaliter ratione consensum liberi in ebrietate ratione libertatis, quia se voluit inebriare, non obstat periculo homicidii prævisio, juxta communi doctr. lib. 2. traditam disp. de peccatis in causa.

QUESTIO TERTIA.

De mutuo contrahentium consensu ad Matrimonium necessaria.

74 A Dèd necessarius est mutuo contrahentium consensus ad matrimonium constituendum, ut non in uno tantum genere causa, sed duplici ejus necessitas appareat, nam si consensus contrahentium ad ipsam essentiam contractus civilis referatur jam inter Fideles elevati ad statum sacramenti, in genere causa formalis ad illud constituendum concurrat, ut satis patet ex dictis, nam consensus mutuo contrahentium verbis, vel aliis signis expressis est forma, sive causa formalis istius, tam sub ratione contractus, quam sacramenti; si vero referatur ad potissimum ejus effectum, quod est vinculum conjugale etiam post celebratum contractum duras, & perseverans, vere & proprie est causa efficiens illius saltem in genere moris, sic enim aperte deducitur ex Concilio Florentino, ubi in decreto Fidei Eugenius Quartus id expresse definit, dum ait, quòd causa efficiens matrimonii est mutuo consensus per verba de presenti expressus; examinandum igitur est in presenti questione, quanta sit ejus necessitas ad matrimonium constituendum, & qualis esse debeat, ut validitatem matrimonii sufficiat, & quodnam sit ejus obiectum, & finis.

ARTICULUS PRIMUS.

Quanta sit necessitas mutuo consensus ad matrimonium constituendum.

75 C Onveniunt Doctores, ad essentiam, & valorem contractus matrimonii mutuum consensum contrahentium necessarium requiri, ut patet decreto Eugenii jam relato, & ex 6. Tit. 26. de sponsalibus, & deducitur ex natura ipsa, & speciali conditione huius contractus, quæ quid sit de aliis contractibus, in quibus alioquin potest contrahentium consensus aliunde suppleri, nec sufficit, quòd consensus iste sit simpliciter quedam voluntas, & cõpactentia, sed esse debet volitio efficax, ut in dicto c. Tria significatur, & ratio est, quia per matrimonium contractum dominium corporum invicem traditur, quod absq; consensu efficaci tradi nequit, nec sufficit, ut ex quacunque liberatione procedat, sed ex plena deliberatione procedere debet, ad peccatum mortale sufficiente, siquidem matrimonii contractus magis potestis est, & momentus, ut potè dominii corporis translativus in altera personam in ordine ad carnalem conjunctionem, & gravis obligationis inductivus in ipso transierente dominium. Hæc, inquam, est communis doctrina in omni schola, quam professo tradidit etiam Scotus 4. disp. 26. lit. G. disp. 27. q. 2. & 2. disp. 28. 29. & 30. ut patet, qualis, & quanta sit huiusmodi necessitas mutui consensus maris, & femine ad matrimonium constituendum, duæ difficultates sunt hæc examinandæ, una est, an per superiorem, & extraordinariam potestatem Ecclesie, & Republice possint vir, & femina absque proprio consensu in matrimonio copulari, altera est, an saltem id fieri possit potestate divina.

76 Quoad primam difficultatem conveniunt Doctores, neque Republicam, neque Ecclesiam posse talem obligationem indeque independentem à consensu contrahentium, quia Deus hoc sibi reservavit, & instituit absolute contractum per consensum maris, & femine, cui alligavit contractum, itaut sine illo nequeat iniri; unde quamvis Princeps Ecclesiasticus, aut secularis possit precipere, ut vir, aut femina in matrimonio consentiant, tamen sine eorum consensu neutiquam potest eisdem maritali vinculo copulare, etiam si urgens necessitas appareat; ita Soto, Sanchez, Coninch, Hurtado, Caietanus, Becanus, Averfa, & alii passim contra Høllstenium. Ratio est, quia Republica tantum habet potestatem supra res, & corpora civium, quatenus publico bono expedit; at bono civitatis minime expedit, ut vir, & femina contra eorum voluntatem, ac ipsi invitatis matrimonio aliter conjugantur, imò matrimonium sic inita infelices haberet exitus, nam conjugium fuit natura ordinatur ad suscipiendam, & educandam prolem per mutuum amorem inter conjuges, nulla ergo humana potestas ad hoc se extendit, ut uni tradat dominium conjugale corporis alterius absque proprio eorum consensu, sed ipsimet homines habent singuli in usu corpori potestatem ad tradendum sui dominium in usum conjugalem.

77 Sed pro affirmativa urgeri potest, quòd ob bonum publicum potest Princeps disponere de rebus, ac etiam de vita subditorum, ergo etiam de eorum corporibus tradendo illis mutuum dominium in usum conjugalem. Tum 2. quia potest invitare civis compelle-

Ll 3 read

La + elos parrafos de notici error ya 22 orados y vacuado.







quæ consistit in consensu utriusque conjugis, quæ doctrina magis declarabitur articulo sequenti, num. 100. Nec satis erit interius renovari consensum, sed necessarium est, ut exterius quoque renovetur, quia expressio exterior antiqua exhibita, quando fuit hæc consensum, nequit esse expressio consensum postea elicitæ, & hoc totum antea docuit Scotus 4. d. 35. qu. 1m. sub lit. C.

87 In hoc casu probabilius etiam puto cum Hurtado eisd. disp. 3. diff. 10. & aliis ab ipso adductis, utriusque conjugum consensum debere fieri de nullitate matrimonii, ut omnino ignarus nullitatis sufficienter consentire possit ad revalidandum matrimonium nullum, quod etiam docuit Scot. loc. cit. Ratio est, quia contractus ille a principio fuit nullus ex defectu consensum, saltem unius conjugis, ac proinde revalidari debet cum intentione tradendi denud dominium corporis, & de novo se obligandi, nam sine hac intentione contractus matrimonii validus esse nequit, at in eo, qui notitia caret huiusmodi nullitatis credens, ab initio validum fuisse, talis intentio esse nequit de novo tradendi corporis dominium, & se obligandi ad hunc sub conditione, si forte contractus fuit nullus, nisi adit aliqua notitia saltem formidolosa, quia induceret saltem sub dubio contractum fuisse nullum; ergo ad revalidandum dicti contractus aliqua notitia talis nullitatis requiritur, ut sic formidolose iudicet, intendat serio tradere dominium sui corporis, & se obligare sub hac conditione, si forte contractus fuit nullus; nam tali notitia carens putaret, absolute non amplius habere sui corporis dominium, atque idcirco neque potestatem illud amplius tradendi. Et tandem in eodem casu probabilius puto cum eodem Hurtado, & aliis Doctoribus ab ipso citatis, quando prius matrimonium celebratum coram Parocho, & aliis testibus fuit nullum ob defectum consensum occultum; aut ob impedimentum aliquod occultum, necessarium non esse ad illud revalidandum, quod iterum coram Parocho, & aliis testibus celebratur, sed solum esse supplendum defectum ex parte consensum; nam quando in Trid. sess. 24. c. 1. irritantur matrimonia facta absque presentia Parochi, & aliorum testium, sermo ibi est de matrimoniis clandestinis, que antequam iure prohibita erant, & ex quibus incommoda multa oriri poterant, non autem de Matrimonii coram Parocho, & aliis testibus invalide celebratis ob defectum aliquem, aut impedimentum occultum; hæc enim valide celebrantur absque nova presentia Parochi, & aliorum testium, quia presentia antiqua, quæ præcessit, in casu impedimenti, vel defectu occulto, sufficit ad evitanda prædicta incommoda. Sed de modo revalidandi matrimonium nullum ex defectu alicuius impedimenti occulto tractabimus infra q. 13. ar. 2.

ARTICULUS SECUNDUS.

An ad contractum Matrimonii sufficiat consensus internus, vel etiam requiratur expressus, & quomodo.

88 Primo Dicendum est, ad huiusmodi contractum non sufficere consensum merè internum, sed requiri, ut exterius significetur, & exprimat. Ita Theologi passim, & Juriste, & Scot. nos. 4. dist. 26. lit. G. ubi loquens de actibus consentiendi maris & femine ait, itos actus per aliqua certa signa mutuo exprimi, alioquin neutri collatus de actu voluntatis alterius, & idem repetit d. 27. q. 2. Probatur ex Conc. Flor. in decreto Eugenii, ubi hæc expressio ponitur, tanquam pars essentialis, & constitutiva matrimonii; idem constat ex iure Canonico, & Civili, ubi passim hæc expressio ponitur, tanquam ipsius conjugii constitutiva, ut habetur cap. Licet, & cap. Tua fraternitati, & cap. final. de sponsalibus; Hoc etiam suadet ratio, quia matrimonium est humanus contractus est enim mutua traditio, & acceptatio corporum ad usum conjugalem, at omnis humanus contractus per actus humanos, & ab hominibus perceptibiles fieri debet, alioquin, ut inquit Doctor, neutri contrahentium consistere de actu voluntatis alterius, quoniam per voces, & signa externa conceptus interni manifestantur; est etiam Matrimonium in lege nova sacramentum ergo non sufficit ad illud consensum merè internus, nisi externo, & sensibili signo sit expressus.

89 Sed Dubium est, num saltem ex dispositione divina possit constitui matrimonium solo interno viri, & femine consensu, absque alia expressione externa, sed Deo ipso revelante utriusque alterius consensum, & ita suppletive humanam expressionem. Concinchius disp. 14. dub. 8. admittit, sic constitui posse matrimonium in ratione contractus, sed non in ratione sacramenti, quod de sua ratione est dignum & sensibile Averfa q. 3. sec. 2. admittit sic constitui posse divina dispositione sub utraque ratione tam contractus, quam sacramenti, quia si Deus revelaret mutuum consensum utriusque fieri posset ut uterque divina revelatione mediante intenderet tradere corpus suum alteri, & acceptare corpus alterius sibi tradidit, atque ita contraherent vinculum, & constitueretur matrimonium in ratione contractus, nam posset facere Deus, ut more angelico locutione mentali suos consensum ad se invicem dirigerent; Posset quoque Deus statuere, per talem modum internum contractus conferre gratiam, sicut nunc confer per actum externum sensibilem; quare sic periret etiam matrimonium in ratione signi, & instrumenti sacri & essentis gratiam, licet non in ratione signi sensibilis, ac proinde

licet tale matrimonium non esset sacramentum, prout modò institutum est in ratione signi sensibilis, esset tamen sacramentum, tanquam signum sanctificans non sensibile, sicut fides signa, & sacramenta instituta fuissent spiritualia modo inter Angelos.

Negat ex adverso, etiam ex dispositione divina posse matrimonium constitui, nec sub ratione contractus, nec sacramenti per se solum Dei revelatione utriusque contrahentium factam mutuo consensum eorum, absque alia ipsorum expressione externa, Sanch. lib. 2. disp. 30. Ponce lib. 2. c. 6. Casp. disp. 3. sec. 4. & alii passim; non quidem sub ratione contractus, quia quamvis Deus revelaret consensum utriusque, neuter acquireret actionem in consentiente, quia isti contractus sunt humani, ac proinde hominum degentium, & constituentium Rem publicam politicam, & extemam, quæ ex natura sua petit, ut externo sermone, vel signis res quælibet agatur, & contractus celebrantur; Sacramenta etiam, prout de facto sunt instituta, sunt signa sensibililla gratia collativa, & idem matrimonium neque sub ratione sacramenti institui potest absque ullo signo externo, & sensibili; Hæc tamen mihi videtur contentio solum de nomine, & quoad probandum loquendi modum de matrimonio posterior sententia probabilior videtur; huius sermo est de matrimonio, & alii contractibus inter homines ex natura rei, & spectata ipsa contractuum humana institutione, & in hoc sensu dicemus, etiam ex divina dispositione non posse matrimonium constitui nec sub ratione contractus, nec sub ratione sacramenti, solo interno viri, & femine consensu absque alia expressione externa, sed Deo ipso utriusque revelante alterius consensum; Nam in alio sensu loquendo de contractibus, & sacramentis, sicut spiritualia modo inter Angelos constitui poterunt, si Deus miraculose efficeret, ut homines sibi invicem per conceptus loquerentur, ut Angeli loquuntur, plane negandum non est internum consensum per signa intellectus tunc manifestum sufficientem esse ad contrahendam obligationem, & vinculum matrimoniale, & per talem modum internum contractus posse Deum conferre gratiam, sicut nunc confer per actum externum sensibilem. Hoc autem non tollit, quin ex ipsa naturali contractuum institutione inter homines necessaria sint signa externa sensibilla, quandoquidem natura nos animo, & sensu confare voluit, & non alio modo intelligere, quam per sensus.

90 Secundo Dicendum est, verba non esse simpliciter necessaria ad valorem huius contractus, sed adhuc sufficere nutus, & alia signa externa verbis æquivalentia, & sufficientia ad exprimum consensum; Hæc etiam est communis sententia, omnes enim concedunt, verba non esse in omnibus necessaria, nam bene potest inter mutos, & surdos, qui loqui, & audire non valent, contrahi matrimonium per alia signa, & nutus, ut habetur cap. Tit. de sponsalibus, ubi dicitur, surdos, & mutos contrahere posse sine verbis, & hoc idem Scot. insinuat d. 6. lit. L. & adhuc expressus diff. 28. q. 2. ubi movens dubium de contractu matrimonii an possit fieri sine verbis sed aliter, affirmativè respondet; Hoc autem intelligendum est de valore matrimonii, non tantum sub ratione contractus, sed etiam sacramenti, quoniam in cap. Tit. de sponsalibus sermo est de matrimonio, quod etiam sit sacramentum inter Fideles; & hoc idem insinuat Florentinum in decreto Eugenii, ubi loquens de sacramento matrimonii ait, regulariter per verba perfici, significans, per illam particulam regulariter possetiam in aliquo casu aliter perfici per nutus, scilicet, & signa verbis æquivalentia.

91 Sed difficultas est, an in potentibus loqui requirantur verba necessitate sacramenti, aut saltem ex precepto; Affirmant aliqui Juriste, speciali iure Ecclesiastico necessaria esse verba in potentibus loqui ad valorem matrimonii, & necessitate sacramenti, eo quod in prædicto ca. Tua aperte dicitur quod necessaria sunt verba, unde Theologi, licet non admittant, ea esse necessaria necessitate sacramenti, dicunt tamen, esse necessaria de necessitate, & obligatione præcepti ita Silvius, Petrus Ledef. Rodriguez, & Averfa, quod probat qu. 3. sec. 2. quia saltem ille textus in cap. Tua satis indicat necessitatem, & obligationem præcepti; similiter consuetudo Ecclesiæ, nec enim admitteretur, ut qui loqui possunt, non exprimerent suum consensum verbis, sed solis nutibus. Nec apparet, quæ iusta causa hoc excusare possit, cum tam facile fit ad interrogationem Parochi unum proficere verbis; Nec est iusta causa verecundia in puella, nam dum revera consentit matrimonium inire, & debeat id exprimere, perinde est verbo, ac nutu, idque omnino expedit, quia in iis qui loqui possunt, si nolint, posset indè suboriri occasio alicuius litis, & controversiæ de veritate consensum.

92 Communis tamen sententia docet, verba etiam in potentibus loqui necessaria non esse necessitate sacramenti, quod expressè habetur ex ca. de Despons. Impuber. in 6. ubi statuitur, valere matrimonium, quando parentes exprimentur, consensum nomine filiorum presentium, & non contradicentium, quia hoc est sufficientis signum, quod ipsi consentiunt, quod totum etiam docuit Scotus d. 27. q. 2. ad 2. & hoc etiam ratio ipsa suadet, quia cum ad rationem contractus, & ad veram expressionem consensum partium alia signa exteriora sufficere possunt præter verba, & in matrimonio debeant omnino sufficere inter Surdos, & Mutos; congruum non erat

erat, neque expediens, ut Ecclesiæ in reliquis præfigeret verba, tanquam necessaria necessitate sacramenti ad valorem matrimonii. Non sunt igitur verba necessaria iure naturali, seu ex natura ipsius contractus, quia contrahentes possunt alii signis de mutua corporum traditione pacifice. Non sunt necessaria ex institutione Christi, quia ipse elevando matrimonium ad esse sacramenti, nihil tam cito naturam ipsius immutavit. Neque sunt necessaria iure Ecclesiastico ad valorem matrimonii, quia nullum erat verba præscripta, etenim in dicto ca. Tua significatur, tantum verba esse necessaria, ut matrimonium, & consensum contrahentium clarius constet Ecclesiæ, que non iudicat de occultis, & tanquam id, quod regulariter facit ad probationem matrimonii faciliorem, non autem voluit illis verbis significare Pontifex, quod Ecclesiæ exigat tantum verba, alioquin statim eam contradiceret, dum subdit, quod Surdi, & Muri possunt contrahere matrimonium sine verbis per mutuum consensum alii signis expressum. Et hoc tandem constat ex praxi Ecclesiæ, in Rituali Romano, de Sacramento Matrimonii, ubi dicitur, quod ad illud contrahendum non sufficit consensus unus, sed debet esse amborum, & expressus aliquo signo sensibili, sicut per se, sive per Procuratorem, & neque id restringit Rituale ad solos Mutos, sed indifferenter loquitur de omnibus, & loquitur de matrimonio non tantum, ut contractus civilis est, sed etiam ut sacramentum.

93 Negat etiam communior opinio, in potentibus loqui verba esse necessaria necessitate præcepti, ita Sanc. Ponce, Coninch. Hurt. Filliuc. Diana. Bartol. Ledef. Soto ex notis, Hic dist. 26. in Comment. & Bane. d. 17. ar. 3. ac alii Recentiores dicunt, licet sit valde congruum, ut matrimonium per verba celebraretur, & hæc sint valde convenientia ad rem tanti momenti, sed usque tamè scandalo non videtur esse de precepto divino, aut Eccl. modo subdit aliqua causa sufficientis, quia recedere a communi forma, que est in usu per verba, & in re gravi, si ferret ex contemptu, peccatum utriusque esset; tamen ex causa excusante qualis in puellis est pudor, non est peccatum, quia onera non sunt aggravanda, nisi lex sit expressa, nulla autem lex in contrariis apparet, quæ verba esse adhibenda præcipiat; Et plane gratia omnino negat Averfa, verecundiam in puellis esse causam iuste excusantem, & perinde esse in ipsis verbis, vel nutu consensum exprimere; siquidem experientia ipsa contrarium docet, videmus enim, puellas à Parocho interrogatas de consensu prædicto longe faciliter, & libentius respondere per capitis inclinationem, quam per verborum prolationem; In d. ca. de Despons. Impub. valde celebratur contractus etiam taciturnitate puellæ, vel pueri, quando altero contrahente consensum exprimente Patre, vel Matre, vel etiam Tutore, & Curatore pupillorum curam gerentes respondent per puellam vel puerum, eius consensum exprimentem; Quibus ergo verba sunt convenientissima, adhuc tamen contractus valide celebratur etiam à valentibus loqui nutibus, scriptura, vel alii signis æquivalentibus, & consensum sufficienter exprimentibus. Communiter etiam advertunt Morales, & innuit Doct. ca. quod in contrahendo matrimonio per verba, non sunt præscripta certa, ac præfixa verba, quasi vel necessaria ad valorem, vel sub obligatione præcepti, & similiter quod contrahitur per alia signa, & nutus non sunt determinata certa signa, & idem quod contrahitur per verba, sufficienter quæcumque verba consensum exprimentia, ut accipio te in meum, vel meam coniugem, sive trado me tibi in coniugem, in virum, in uxorem, aut alia æquivalentia; similiter quando matrimonium per illa signa contrahitur, cautè, & prudenter procedendum est, ac observandum, ut sufficienter animi consensum indicent, ac demonstrent, ut v. g. caput inclinando eo modo, quo consuetum est inter homines aliquid affirmare per nutus, à Parocho viri, vel mulier interrogetur an consentiat talem accipere in coniugem.

94 Tertio Dicendum est, verba, vel alia signa, quibus contrahitur matrimonium, talia esse debere, ut expriment de presenti, & tunc quando profertur nutus, coniuges mutuo transferre, seu dare sua corpora ad invicem. Hæc est communis in omni schola, D. Th. D. Bonav. & Se. 4. d. 28. q. 1. ubi ait, significatio nem verborum debere esse talem, ut exprimat consensum, & contractum de presenti, quia sunt signa representativa non autem prognostica, quod quidem est commune omnibus Sacramentis. Probatur ex c. licet de sponsalibus duorum, & ex toto tit. de Sponsalibus, & de Clandestina Desponsatione, ubi contractus matrimonialis per hoc à sponsalibus se emittit, sed à simpliciter promissione, quod ille fit per verba de presenti translationem experientia, & pro presenti; hæc vero per promissionem de futuro, & per verba experientia translationem faciendam. Deinde probatur ex Conc. Flor. in Decreto Eugenii, ubi loquens de Matrimonio inquit, quod causa efficiens matrimonii regulariter est mutui consensum per verba de presenti expressus. Tandem probatur ratione à Scoto ibi insinuat, quia contractus matrimonialis est actualis traditio mutua potestatis corporum ad invicem; sed sola verba, seu signa, que eam expriment de presenti, significant actualem dationem, & traditionem, non autem verba de futuro, quia nullus promittendo tradit illud, quod promittit, imò est contradicendum, quia promissio est de tradendo in futurum, ergo consensum, & contractus matrimonialis non potest exprimi, & celebrari, nisi per verba de presenti; Hoc etiam probat Doct. de Matrimonio ea ra-

tione, quia sacramentum est, quia intentio Ministrum de sacramento conficiendo, quando verba profert, non potest esse de futuro, sed necessario esse debet de presenti, nec intendere pro futuro, sed esse sufficiens intentio in Ministro ad Sacramentum conficiendum, sed oportet, quod intendat pro presenti, sicut signum significat; omnia enim verba Sacramentum talia sunt, que significant representativè, effectum tunc fieri, quando profertur, non autem prognosticè, scilicet faciendum; ergo contrahentes non contrahunt, nec sacramentum efficiunt, si consensum præstant per verba de futuro, sed necessario debent esse de presenti, ut apparet, consensum esse de translatione domini corporum pro presenti, & ut manifestum extiterit, tunc fieri translationem domini in corpora contrahentium, quando verba profertur ab illis, vel signa æquivalentia demonstrant. Qualiter etiam huiusmodi nubentium consensum possit adhiberi, & exprimi per procuratorem, nuncium, aut Episcopum iam declaratum, est dist. 2. art. 3. ubi etiam statutum, talia matrimonia non solum valere in ratione contractus, sed habere etiam veri sacramenti rationem, etiam stante decreto Concilii Tridentini.

95 Quarto Dicendum est, quod ubi promulgatum est prædictum Tridentini decretum de matrimonio clandestinis, sequitur etiam ad matrimonii validitatem presentia Parochi, aut aliterius Sacerdotis de illius vel Ordinarii licentia, adeo ut si non adsit, non fiat contractus inter consensum modo præfate expressus. Hæc etiam est communis inter Theologos, qui præfate dicunt, quod ubi decretum illud est promulgatum, si matrimonium contrahatur per procuratorem per nuncium, vel per litteras, necesse sit etiam Parochus, & testes adhibeantur, qui testari possint de consensu utriusque; præfatio per litteras, vel inter nuncios, qui quidem ut Matrimonium predicto modo valide per Procuratorem celebraretur, necesse non est, ut coram Parocho, & testibus Procurator detur mandatum, quibus contractus celebratur, videant instrumenta, quibus Procurator tale mandatum datur, quia Tridentinum solum requirit, ut Parochus, & alii assistant presentes testes externi contractus, ad hoc autem sufficit ut adsint presentes, dum hæc a procuratoribus celebratur, & sufficienter intelligantur, quid, & quorum nomine celebratur, ut notat Sanch. lib. 2. d. 1. c. lib. 5. d. 8. & decretum Tridentini servari etiam potest, si matrimonium contrahatur per litteras, si Titius v. g. scribat Bertæ, se in eam de presenti consentire, & ipsius consensum ex hoc nunc acceptare pro eo tempore, quo eum legitime ipsa præstabit, & Bertæ acceptas litteras coram Parocho, & testibus legens, vel legere faciens coram iisdem in Petrum de presenti consentiat.

96 Sed hic occurrit gravis Difficultas, an si multas temporis requiratur ad consensum mutuum de presenti, sit validus, in qua difficultate tres sunt Opiniones, duæ extreme, & tertia media; Prima extrema absolute affirmat, utriusque consensum debere simul exprimi, & incontinenti absque intervallo temporis, a nonnulli Juriste; Fundamentum est, quia si matrimonium consideretur sub ratione contractus, iam universaltè de ratione contractus esse videtur, ut simul fiat conventio contrahentium, ut sumitur ex L. Continuum ff. de Verborum obligatione ubi dicitur, quod continuum actus stipulantis, & promittentis esse debet; Si vero matrimonium sub ratione sacramenti consideretur, iam si militer constat de ratione sacramenti esse, ut eius materia, & forma, seu quæcunq; partes substantiales simul coniungantur; ergo ad valorem matrimonii tam in ratione contractus, quam sacramenti requiritur, ut simul tempore expressus amborum contrahentium consensum coniungatur; Imò etiam quidam Theologi id requirunt saltem ex iure novo Conc. Trid. cum enim decernat consensum præfati debere coram Parocho, & testibus, ita ut ambo contrahentes præbeant & acceptent consensum, hoc planè fieri non potest, nisi simul, & coniunctim; ita Barthol. Ledef. de Matrimonio d. 17. & Vega lib. 3. Summe casu 75. Secunda sententia extrema docet, nihil referre, quantum tempore consensum inter se distent, & nullam temporis concomitantiam, aut propinquitatem requiri ad matrimonium validitatem, ut patet de contractu facti per litteras, vel Procuratorem inter abentes, & longe distantes, potest enim esse, ut unus ex illis in Europæa parte contrahere cum existente in Indiam, in tali casu magna temporis distantia inter utriusque consensum intercedere debet; ita Major 4. d. 27. q. 1. & Nav. in Summa c. 22. n. 80. & sequitur Hurtado d. 3. diff. 8.

97 Tertia sententia media negat contra primam, necessariū esse, quod consensum contrahentium simul tempore exprimat, & contra secundam nihil referens, quantum tempore consensum inter se distent, & inquit sufficere, & requiri inter consensum, & expressionem amborum contrahentium talem conjunctionem, ut moraliter permanere consensum, & expressio ex parte unius, quousque ab abbeatur ex parte alterius, & dispositionem illius, qui prior consentit; Ita colligitur ex Sc. d. 26. concl. 3. & ubi ad validitatem matrimonii non esse tempore necessitatem simultaneam existentiam consensum, sed eam sufficere, que sufficit ad contractum legitimum, & sequuntur Recentiores passim, Sotus, Lopez, Henriquez,



riquez, uterque Ledesma, Sanchez, Ponce, Diana, Aversa, Coninchius, Hurtad. Cap. & ex nostris Hiqu. d. 28. q. 1. 3. & quoad primam partem, quod scilicet necessaria non sit physica consensus coexistentia, probatur cum Scoto ex aliis contrahentibus, in quibus non requiritur, quod contrahentes simul tempore proprias voluntates manifestent. L. 1. ff. de verborum obligatione. & L. 1. ff. de verborum significacione. Ergo neque requiritur ad matrimonium, ut contractus est; Sed nec etiam quatenus sacramentum est, quia si illud non exigit in ratione contractus, neque illud exigit, ut sacramentum, siquidem ut supra dictum est, natura contractus in nullo immutata fuit ex eius elevatione ad esse sacramenti, tum etiam quia in sacramento penitentia ipsa Confessio, quae est eius Materia, potest dici precedere absolutionem, quae est ipsius forma; ergo neque matrimonio repugnat, quatenus sacramentum est, unam eius partem diu poni ante aliam. Tandem hoc manifesta experientia convincit in matrimonio per epistolam, nuncium, aut Procuratorem celebratis, in quibus consensus partium simul exprimi non potest; ergo simultanea consensus coexistentia ad validitatem matrimonii non est necessaria; Ex qua doctrina ruit fundamentum prioris sententiae, falsum enim esse universaliter de ratione contractus, ut simul fiat conventio contrahentium, ut patet ex legis citatione, in illa autem lege, Continuis ff. de verb. signif. solum agitur de stipulatione, ut patet ex verbis textus, cui hoc est singulare contrarium aliorum contractuum; falsum item est, universaliter de ratione sacramenti esse, ut eius partes sint semper simul tempore; & physice coniungantur, in aliis quoque factam, in prolatione formae, & applicatione materiae aliquando non parva temporis distantia intercedere solet, ut diximus de confessione peccatorum & eorum absolutione; Neque etiam aliquid urget ius novum Concilii Tridentini, solum enim decrevit, ut contractus fiat, sive ut consensus exprimat, nuncium, aut epistolam, & etiam inter principales ipsos fieri potest, ut unus nunc dicat, se accipere talem in conjugem, & post aliquod temporis intervallum alter id similiter dicat, & utrumque coram eodem Parocho, & testibus.

98 Quod autem inter consensus contrahentium necessaria sit aliqua simultas, vel propinquitas saltem moralis, & talem opus sit, intervenire coniunctionem, ut moralis permanere censetur consensus, & expressio ex parte unius, quousque adhibetur ex parte alterius, contra secundam opinionem, quae dicebat, nullam temporis concomitantiam, aut propinquitatem requiri inter consensus contrahentium, sed matrimonium valere quocumque temporis spatio inter consensus unius, & alterius interpositum; Hanc, inquam, temporis moralem simultatem, & propinquitatem esse necessariam nec ad valorem matrimonii sufficere qualemcumque, quatenusque temporis intercedentem probatur, nam quia vis nullum tempus desinitur praescribitur ad expectandum alterius contrahentis consensus, omnes tamen implicite censetur saltem indeterminate aliquid tempus contractui perficiendo ita praescribere, quia nemo est, qui velit perpetuo alterius consensus expectare, & de statu suo continuo permanere suspensus, ergo omnino dici debet, aliqua moralis coniunctionem requiri inter consensus, & expressione amborum contrahentium, ut matrimonium valeat; & haec tam diu permanere censetur, donec explicite, vel saltem implicite revocetur; Quamvis autem tempus in hoc casu debeat esse iuxta, ut quis censetur, solum revocasse consensus, non potest generatim praescribi; sed ex intentione, & dispositione contrahentis, & variis circumstantiis discerni debet, nam potest fieri, ut quandoque sit breve, ut quando contrahitur matrimonium inter praesentes, etenim in hoc casu regulariter ille, qui prior suum consensus exprimit, cum hac intentione profert, ut alter etiam incontinenti, non recedendo ab illo congressu, suum mutuum, consensus adiugat, nec alioquin censetur velle permanere suspensus; & contra etiam fieri potest, ut longum, nam in tali casu tam diu moraliter, vel habitualiter durare censetur consensus prioris contrahentis, quantum temporis humano more intercedere solet, quousque procurator, vel epistola perveniat ad locum alterius contrahentis absentis, & commode altera pars conveniri possit, suum consensus adiungat cum debita solemnitate, in quo casu potest esse notabilis diversitas iuxta locorum distantiam; Non potest ergo regula certa dari de tempore, quo permanere moraliter censetur consensus datur suspensus a priori contrahente, sed totum dependet ex modo consentiendi, & circumstantiis, quae in re morali occurrunt; nisi tamen ipsemet contrahens oppositum expresserit, nempe se esse contentum expectare per annum, vel per tot annos, in quo nulla temporis mensura taxanda est, nisi iuxta eius voluntatem non retractatam esse explicite, nec implicite, ita discurrunt in proposito Sanc Ponce, Coninchius, Aversa, Cap. Hiqu. & alii Recentiores.

99 Et plane hic dicendi modus est ceteris preferendus, non enim ex una parte ratione videtur taxare certam temporis distantiam, at-

que mensuram, quae valori huius contractus obstat, ut fecerunt Scotus, qui existimat distantiam septennii obstat, Henricus dicitur obstat, Ledesma unius anni, & alii maiorem, vel minorem; Neque etiam ex alia parte ratione est, nullam temporis distantiam inter utriusque consensus, quamvis maximam obstat valorem matrimonii, ut secunda sententia asserbat; quia ut dicebamus, quando nullum tempus determinat praescribitur, quilibet censetur implicite saltem indefinite aliquid tempus contractui perficiendo ita praescribere, nemo enim producit, & cordatus censetur velle perpetuo alterius consensus expectare, & de statu suo continuo suspensus permanere; atque ideo in tali casu consensus ab eo iam pridem datus potest valde longam temporis distantiam non ulterius moraliter, ut habitualiter permanere censetur; Ad discernendam itaque moraliter sufficientem, inter expressionem utriusque conjugis, ut dicatur simul consensus, conclusionem esse cum nostro dicendi modo, certam regulam assignari non posse, sed hoc relinquendum esse iudicio prudentis attentis peculiaribus circumstantiis, si enim valde longa intercederet temporis distantia inter consensus utriusque, moraliter non censetur consensus prioris contrahentis permanere, vel habitualiter perseverare, nam nemo est, qui tanto tempore velle suspensus permanere, & alterius consensus expectare, ante recte dici Sane. lib. 2. d. 32. & c. ut Ponce lib. 1. c. 16. & Cap. d. 3. sect. 5. quod si malitiosus temporis intercedat, magis est in iure praescriptio contra huiusmodi matrimonium, cum homines facile sententiam mutare soleant.

100 Dices, hanc doctrinam non cohaerere cum his, quae supra docuimus ar. p. n. 86. scilicet eum, qui verum consentit in eam, quae fidei consensus, non perseverare habitualiter in priori consensu, & intentione contrahendi, ac proinde renovari debere utriusque consensus, & non tantum illum, qui fidei contractus, ut matrimonium sit validum.

Respondetur cum Caspensis, negando aliam partem, quia ut ibi dictum est, qui vere consentit, credit, ut contractum fuisse perfectum, ac proinde nec habitualiter perseverare in intentione contrahendi, atque id longe dispar est ratio, in casu, de quo hic loquimur, quam id sparitatem ita declaro, ut melius intelligatur sententia, quam ibi secuti sumus, ut probabiliter, etenim in casu nostro qui per procuratorem, vel epistolam consensus dedit expectans expressionem alterius partis, tam diu habitualiter in eo consensus permanere censetur, hoc est, moraliter, & secundum prudentem hominum estimationem, quousque alterius partis consensus recipit, vel illum non revocat consentiendo in aliam; tunc enim illo tempore quasi suspensus manet alterius partis expressionem expectans, de qua certificatus & coniunctio illius consensus desinit, videlicet, contractus iam esse perfectus, explicata autem in hoc sensu morali, vel habituali perseverantia consensus prioris contrahentis per procuratorem, vel epistolam, quo pacto re vera explicari debet, & non aliter, iam evidenter patet in casu de eo, qui verum consentit in eam, quae fidei consentit, cum non possit habitualiter permanere, & durare in consensu iam praescripto, quia enim sentire credit idem contractum fuisse perfectum, in intentione contrahendi non amplius perseverat quasi alterius consensus expectans, sed à tali intentione sentit cessat, putat enim absolute, non habere alius sui corporis dominium, atque ideo neque potestatem illud amplius tradendi, unde ex doctrina hic tradita de perseverantia habituali consensus in primo contrahente per procuratorem, vel epistolam, id nec habet reverentiam de consensu alterius partis, quae habita statim censetur ab huiusmodi habituali consensu cessare, potius consentitur doctrina superius tradita de veritate contrahente cum fidei, putat enim, alterum quousque verum consentisse, ac proinde contractum iam esse perfectum, moraliter censetur etiam habitualiter à suo consensu desistere, & cessare, ut patet in casu, quo fuit consensus effectum; & hoc ideo ut revaleret contractus utriusque consensus esse necessarium, tam eius qui fidei, quam eius qui parte eius, in quo fuit, nempe ut suppleatur defectus tantum ex parte eius, in quo fuit, nempe ex parte fingentis, qui, quousque ingenuitate non caret.

101 Et quidem hoc habitualis permanentia consensus illius, qui per procuratorem contractit, vel per Epistolam, nec alicuius alio modo explicari potest, nisi sit solum explicite, ut merè consistat in actu praeterito non retractato, sequeretur, omnes actus volendi praeteritos, & non retractatos ab initio usque ad finem vite habitualiter permanere, & perseverare, quod est falsum, & contra communem omnium estimationem, ut diximus disp. 1. de Sacramento in genere q. 6. art. 2. n. 277. explicando, quid sit intentio habitualis; Ad haec tamen in alio sensu consensus contrahentium esse ex utraque habitualiter permanere, etiam postquam contractus est ex mutuo eorum consensu, nimirum in vinculo matrimoniali ex mutuo eorum consensu iam subsistit, hoc enim patet, ut L. dicebamus, actus contrahendi univèrsaliter loquendo, ut votum, moraliter donatio, emptio, venditio &c. postquam facti sunt, moraliter permanere dicuntur, quatenus ex eis transactio manet iuxta, & obligatio in ordine ad potestatem aliquam taleis, & obligationem exigentem, & per eam dicitur habitualiter permanere, non quidem secundum aliquid esse physicum, sed tantum morale,

rale, quo quidem modo explicat D. Cor. 4. d. 14. q. 1. permanentiam peccati habitualis.

ARTICULUS TERTIUS.

Quodnam sit proprium, & per se obiectum conjugum consensus.

192 Conveniunt Theologi, de ratione matrimonii esse, ut nubentes consentiant, & habeant intentionem tradendi sibi copulam carnalem; non tamen esse, ut habeant intentionem ipsam exercendi copulam, quasi etiam copula ipsa ingrediatur obiectum proprium, & per se huius contractus, & consensus conjugum ad essentiam Sacramenti debeat etiam esse expressus in copulam carnalem, ut opinatus est Michael Medina lib. 4. c. 70. propterea ad matrimonium explicitum consensus, & propositum copulae carnalis, quia ad hoc proprie matrimonium est institutum, ut vir, & femina hoc pacto filiorum procreantur incumbant, Et quidem proprium, & per se obiectum consensus maritalis esse jus, & mutuum dominium in corpora conjugum, ita ut praestus consensus expressè ferri debeat, ut in obiectum, & materia, circa quam, in mutuum dominium corporum traditionem, & acceptationem, & in vinculum, seu jus potestatem corporibus utendi in ordine ad actum conjugalem, & copulam carnalem, ex professo docet Scotus 4. d. 30. q. 2. ar. 2. & hoc convincenter deducitur ex essentia, & substantia matrimonii superius declarata, ubi diximus mutuum illam corporum traditionem, & acceptationem in ordine ad copulam, & actum conjugalem ad essentiam matrimonii pertinere, ergo ut matrimonium subsistat, necessarium est essentialiter ferri debet expressè, tanquam in proprium, & per se obiectum, in mutuum corporum traditionem, & acceptationem, adeo ut contrahentes vel exterius exprimeret, vel in mente haberent, nolle tradere, & acquirere huiusmodi dominium, re vera matrimonium non contraherent; includitur autem haec intentio in eo ipso consensu, quo se invicem accipiunt in conjuges, quia haec est essentia conjugii, & hoc est propriè obiectum illius consensus.

103 Quod autè copula carnalis non sit proprium, & per se obiectum huiusmodi consensus, quasi consensus conjugum ad essentiam Sacramenti necessarius debeat etiam expressè ferri in copulam carnalem; deducitur etiam evidenter, ex supra dictis de essentia matrimonii, ad quam iam diximus, copulam carnalem non pertinere, nec etiam ad eius integritatem, nam copula carnalis est tantum actus, & usus potestatis, & dominii per matrimonium contractum, acquiri in corpora conjugum; actus autem, & usus contractus, vel rei contractus nunquam dicitur pars contractus, nec essentialis; unde quando matrimonium dicitur per copulam consummari, non ideo dicitur, quia matrimonium per talem actum completur, quoad aliquam sui partem essentialem, vel integram, sed quia potestatis, & dominii rei per propriam operationem, & actum completur; atque tota matrimonii essentia consistere potest absque consensu saltem explicite in copulam, sicut etiam verum matrimonium consistere potest, etiam si copula nunquam sequatur.

104 Tota difficultas est, an saltem necesse sit, ut consensus conjugum indirectè, & implicite feratur in copulam, in qua difficultate tres sunt opiniones, duae extremae, & tertia media. Prima affirmat, consensus conjugalem inter nubentes esse debere, si non explicite, & formaliter, saltem implicite, & virtualiter de habenda copula, ita quod si aliqui contraherent cum conditione, & pacto opposito de non exercenda inter se copula, sed perpetuum castitate servandi, talis contractus non valeat, nec sit verum matrimonium, ita Capreolus, Sorus, Adrianus, Petrus Ledesma, Lopez, & late Sanchez lib. 2. disp. 28. & lib. 5. disp. 10. plures alios referens, quod etiam indicasse videtur D. Thomas q. 29. ar. 1. & 4. d. 28. q. 1. ar. 4. ubi ait, quod licet matrimonium non sit essentialiter ipsa carnalis conjunctio, tamen consistere in matrimonio, est consistere in carnalem copulam implicite, non explicite. Fundamentum eorum est, quia de ratione essentiali matrimonii est, ut conjuges mutuo habeant jus, & potestatem in sua corpora, utique quoad carnalem copulam, alioquin esset aliud genus contractus, & non conjugalis, ergo debent habere intentionem tradendi, & acquirendi inter se huiusmodi potestatem, ut supra dictum est; at hoc est implicite, & virtualiter consistere in copulam, & contra substantiam huius contractus esse pacifici, & se obligare de non habenda copula.

Contra, ex D. Aug. lib. 19. contra Manich. ubi ait, matrimonium inde appellari, quia foecunda nubis, ut Mater filiorum efficiatur, utique per copulam cum viro, cui conjugatus; & favesit Eugenius Quartus dum C. Paulo 1. ad Corinth. 7. primum, & potissimum bonum matrimonium prolem designat, quod sine implicito saltem ordine ad copulam carnalem, quae proles procreatur, stare non potest. Denique probat Sanchez, ex iure cap. ult. de Condit. appor. ubi dicitur, conditionem additam in matrimonio contra bonum proli reddere irritum matrimonium, ad certè talis intentio, & conditio maxime efficit contra bonum proli, ergo &c.

105 Secunda sententia extrema negat, opus esse ad essentiam, &

consentiam matrimonii, ut consensus conjugum indirectè, & implicite feratur in copulam carnalem, & asserit, posse stare verum, & perfectum matrimonium, amoto omni ordine etiam implicito ad copulam carnalem; imò si quis habeat animum contrarium in contrahendo, nempe nunquam exercendi copulam carnalem, adhuc matrimonium valere; ita Coninch, disp. 2. dub. 4. Hurtadus, disp. 3. diff. 5. Aversa q. 3. sect. 3. Ponce de imp. Matrimonii cap. 3. Hiquus ex nostris 4. disp. 30. q. 2. in Commentario, & alii Recentiores, Fundamentum est, quia intentio contrariae copulae, id est, non utendi matrimonio non est impossibilis cum intentione tradendi dominium corporis ad dictum usum, & se obligandi ad illum, quae sola sufficit ad valorem contractus matrimonii, quia dicta traditio, & obligatio est sufficiens materia substantialis contractus matrimonii, & effectus immediatus illius.

106 Confirm. quia B. Virgo contraxit verum matrimonium cum S. Joseph, & tamen nullo modo consentit in copulam, quia Virginitatis votum habebat, ut Patres testantur. Tandem quia si quis contrahat matrimonium, & simul intendat ingredi Religionem ante consummationem, validum est matrimonium, ut patet ex cap. Commissum de sponsalibus, at in tali casu nullus est consensus in copulam nec explicitus, nec implicitus, imò omnino contrarius.

Tertia demum opinio media distinguit, quod dupliciter intelligi potest, consensus implicite ferri in copulam, primo ex parte ipsius contractus, secundo ex parte contrahentium, priori modo inquit, necessarium esse consentium saltem implicitum in copulam, quia contractus matrimonii ex sua natura ordinatur ad copulam; ergo consensus, qui expressè, & directè feratur in contractum, simul indirectè, & implicite feratur in copulam; ad posteriori modo non est necessarium, ut consensus implicite feratur in copulam, quod declarat exemplo illius, qui sicut potest velle obligandi, etiam aliunde habeat simul propositum firmum peccatum in omni, non persequendo promissa Deo, ita potest quis promittere, ut dare jus in corpus proprium cum efficaci intentione non exsequendi illud, seu non utendi illo iure in copula carnali, siquidem illa executio non est finis necessarius in matrimonio, neque ad eius rationem spectat, ita Becanus c. 45. q. 5. Petrus Labatus tract. 3. disp. 6. dub. 7. Caspensis tract. 26. disp. 3. sec. 3. & alii Recentiores.

107 Et hic dicendi modus mihi videtur, omnium probabilior; quavis enim Meratius disp. 7. sect. 3. illam distinctionem redarguit, nimirum implicitum consensus ad copulam carnalem necessarium esse ad essentiam, & integritatem matrimonii, ex parte quidem contractus, non autem ex parte contrahentium; tamen si rectè intelligatur, optima est, ut Caspensis advertit loc. cit. nimirum in hoc sensu, quod implicitus consensus ad copulam necessarius est ex parte contractus, id est, ex parte illius consensus, quae contractus matrimonialis essentialiter requirit; quavis non sit necessarius ullus alter consensus ad copulam ex parte ipsorum contrahentium, in quibus potest esse voluntas alia penitus exclusiva omnis actualis copulae carnalis, ut communiter asseritur de sanctissimo conjugio Deiparae, & S. Joseph; Quod probat Doct. loc. cit. evidenti ratione, quia utuntur Aversa, Caspensis, & alii Recentiores passim, quia cum dominium rei distinguatur ab usu, potest optime fieri, ut quis habeat, & retineat dominium rei, & tamen promittat, ac se obliget, non uti tamen dominio, quod tribus exemplis probat Doct. loc. cit. potest igitur dari explicita volitio juris a dominii in aliquem actum cum explicita nolitione unquam exercendi illum actum, quia potest aliquis potestatem illam velle, non ut liberam, & expeditam ad actum, sed ut ligatam, & impeditam ob promissionem Deo, vel homini factam nunquam exercendi talem actum. Hoc ergo modo fieri potest in proposito, ut nubentes habeant animum se obligandi absolute ad copulam imò potius se mutuo obligent ad servandam perpetuam continentiam, & castitatem, & possunt etiam communi consensu ad hoc se voto astringere apud Deum; & quidem cum possint hoc conjuges facere post contractum, ac etiam consummatum matrimonium, ut omnes concedunt, concedendum est, id etiam facere potuisse ab initio ante matrimonium contractum, ut nempe acquiratur hoc idem dominium, & eius usus impediatur. Quamvis igitur de ratione matrimonii sit mutua corporum traditio, & dominii translatio, ut uterque conjugum habeat jus perendi ad alio debitum conjugales, adhuc tamen optime stare potest, ut ex communi pacto non sint tali dominio uti, & tali jure, aut etiam per votum apud Deum; & se quamvis matrimonium sub hac conditione subsistere nequeat, ut non transferatur tale dominium, & tale jus ad invicem, quia talis conditio esset proles contra matrimonium substantiam; adhuc tamen cum tali conditione subsistere potest, & valere, ut conjuges tali dominio, & jure non utantur, nec conjugale debitum petant, imò ut votum emittant non petendi, sed perpetuum castitatem servandi, quia talis conditio non est contra matrimonium substantiam.

108 Dices, tale dominium mutuum in corpora conjugum esse omnino inutile & frustratorium, quia nullum habet usum, & effectum; ego est nullum. Resp. ex Scoto negando assumptum, quia tale jus, & dominium adhuc certis ius habet effectum; nam constitueret eos in tali statu, quod si post talem conventionem, & votum conju-



